Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Lib

quia quod tribueret non habebat. estuare cepit in cogitatione.
ne ab eo pauperes uacui exirent. Cui repente ad memoriam re
diit quia constantinus pbr nepos eius equum quem sedere consueuerat
uendidisset. atque hoc ipsum in archa sua precium haberet. Ab
sente igitur eodem nepote suo accessit ad archam. et pie uiolentus clau
stra arche comminuit. xii aureos tulit eosque indigentibus ut
placuit diuisit. Itaque constantinus pbr reuersus ab opere archa
fractam repperit. et caballi sui precium quod illic posuerat non
inuenit. Cepit magna uoce perstrepere. et cum furore nimio
clamare. Omnes hic uiuunt. solus ego in hac domo uiuere
non possum. Ad cuius nimirum uoces affuit epc. omnesque qui in eo
dem episcopio aderant. Cumque eum uir dei blanda locutione tem
tare uoluisset. cepit ille respondere dicens. Omnes tecum ui
uunt. solus ego hic ante te uiuere non possum. Redde mihi
solidos meos. Quibus uocibus commotus epc beate marie semper
uirginis ecclam ingressus est. et eleuatis manibus extenso ues
timento stando cepit orare. ut ei redderet unde pbri fu
rentis insaniam mitigaret. Cumque subito oculos ad uestimentum suum intra extensa
brachia reduxisset. repente in sinu suo xii aureos inuenit
ita fulgentes. tanquam si ex igne producti hora eadem fuissent. Qui
mox ecclam egressus. eos in sinum furentis pbri proiecit dicens.
Ecce habes solidos quos quesisti. sed hoc tibi notum sit. quia post
mortem meam huius eccle epc non eris propter auariciam tuam. Ex
qua sentencia uiri uirtutis colligitur. quia eosdem solidos pbr pro
adipiscendo episcopio preparabat. Sed uiri dei sermo preualuit. Nam
idem constantinus in prespiteratus officio uitam finiuit. Alio quidem

possunt uiuere.

cum uirgo